

QUÆSTIONES.

I' An Christus rexerit Ecclesiam etiam sub Testamento veteri? A. Fuit enim jam tum Angelus ille federis, Ex. 3. 2. 6. 13. 21. 22. 6. 14. 19. 6. 23. 20. 21. 22. ubi ira eidem & remissio peccatorum tribuitur. A transitu per mare rubrum nulla ejus est mentio, uti nec *nubis* in qua erat, usque ad c. 13. & 20. ubi Deus ipse *ex nube* de monte allocutus est populum. Hinc c. 24. 9. & s. ubi Deus ipse visus esse, & habitare in monte scribitur. Tum c. 32. & 33. ubi negata priore gratiâ, *angelus* duntaxat *vulgaris* ante populum mittendus (hoc est, *exercitus* angelorum, sicuti *miles* mittendus dicitur, etiam cum *exercitus* mittitur) distinguitur ab illo, qui *facies Dei* appellatur, & quo præcedente, ipse Deus adesse ac præcedere dicitur, v. 2. 3. 9. 14. 15. Idem *in nube* descendit c. 34.

G

s. &